

merso. cum Nitulo parvo albo. cum Tabano seu Afflo. cum folio fanis campestris seu minoris. Eadem cum seletis Piscium integris spinosis rufescentibus adhuc capite, cauda, et pinnae donatis.

Ardeſia Glaronſis.

55. Ardeſia Glaronſes cum variis Piscium partibus immerſis nigra: cum seletto Piscis dimidio à capite ad mediã spinam. Eadem cum seletto Piscis dimidio à mediã spinã usque ad caudam cum adiunctã cauda pinna. Eadem cum spinã quasi integrã, sed capite, caudã, et pinnae destitutã. Eadem spinis promixtã hinc inde in illis dispersis. Graphium ex eadem Ardeſia.

ſſabienſes.

56. Ardeſia ſſabienſes cum piscibus integris adhuc squamatis nigra: squamis semilunatis nigris Gobiorum marinarum similibus. Eadem squamis partem nigris, partem aureis micantibus. Eadem cum duobus Piscibus uno subaltero positus maiore, ac minore squamis instructis, et in caudã unitis.

Tirolenſes, sive Dendrite.

57. Dendrite Tirolenſes ex albo subflavescentes cum fruticatis nigris, fruticibus, arbutulis, et hederã e summa pendente exornati. Globulus luforius ex eodem lapide factus cum pluribus arbutulis insignitus. sive cum musco Trichoide, seu Musco Stellato recenter nascente. sive cum squamoso in aqua nascente foliis acutissimis! Michel. p. 108. t. 59. n. 9. sive cum pulcherrimã arbore altã, et quibusdam fruticatis.